

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

## **Andreae Alciati Emblemata**

**Alciati, Andrea**

**Patavii, 1661**

Vis amoris. Emblema CIIIX.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

Vis amoris.

## EMBLEMA CIIIX.



**A**LIGERVM fulmen fregit Deus aliger, igne  
Dum demonstrat vti est fortior ignis Amor.

## COMMENTARI I.

- I. **F**ULMEN Iouis (quod hic elegant. f. simè trisuleum utriq; & alatum exprimi curavit Pignorius) manibus apprehensum Cupido nudus, at pharetratus & alatus frangit ac dissipat.
- II. **P**ENE ad verbum expressit Alciatus distichon, quod habetur lib. 4. Antholog. *εις έρωτα. ό πτενός τον πτενόν ιδών, αθροσι κεραιών.*  
*δεικνύς ως κρείσσον τῦρ τυρός είν έρωτ.*  
Alatus alatum intuirus perfringit fulmen;  
Ostendens, quod fortior ignis fulmine sit Amor.  
*Aliger alatum fulmen perfrigit, & hoc est;*
- Fulmine quod rapido est fortior ignis Amor*  
Lilius Gyrald. Hist. Deorum Syntagmate II. repetit ex Plinio, fuisse i curia Octaviae Cupidinem fulmen tenentem, cuius auctor nesciebatur. Id affirmabatur Alcibiadem fuisse Principem forma in aetate, in cuius clypeo ita erat pictus. Quod idem dicit Satyrus Historicus inter ea, quae de Alcibiade commemorat: Clypeo, inquit, utebatur auro atq; ebore confecto, in quo erat insignis Cupido, κεραιών ή γυλομένης, id est: fulmen incurvans seu flexens.
- A**LIGERVM fulmē]Erytheti metaphora, Fulmen cum telo Amoris comparat: **III.**  
Fulmen sed aligerum.

sed & fulmen telum vocatur Græcis, ut apud Sophoclem: ἡ κατὰ κηφον βίλος πᾶτερ κεραινοῦ: & Herodotum, βίλος ἰνὶ κηφῆ Θεῶν. Fulmen aligerum dicitur propter celeritatem ideoque pictores fulmini tribuunt alas, quod à Ioue immitti crederetur. Vnde Virgilius:

*Amor aliger.* Ocyor & venis, & fulminis ocyor alis. Deus aliger] ὁ πτανός, alas gerēs Cupido, Græcis etiam ἑρως πτερόεις. Virgil. 1, Æneid.

*Cur?* Atq; his aligerum dictis affatur Amorem. Tribuuntur autem Cupidini alas, quod nihil amantibus leuius aut mutabilius sit, ut vult Seruius in Virgil. Sic & Ouidius alloquens Amorem:

*Amor ignis.* Tu leuis es, multoq; tuis ventosior alis. Ignis Amor] Merito amor ignis dicitur, quod non secus atq; ignis amantes vorat. Itaq; Virgilius passim amorem ignis nomine nuncupat. Sic 3. Georg.

Omne ad id genus in terris hominumq; ferarumque, In furias ignemq; ruunt. Idem Æneid.

--- & caco carpitur igni. In Eclog. porro: At mihi sese offert ultro meus ignis Amyntas.

Quid, epistola Paridis Helenæ: --- quis enim celauerit ignem, Lumine qui semper proditur ipse suo? Et vulgatum illud:

Nescio quid sit amor, nec amo, nec amor, nec amant.

Hoc scio, quisquis amat, uritur igne grani. Scripsit & perelegans sanè terrastichon Ioan. Secundus in Cupidinem, canino insculptum, eadem fermè causa:

Flammis homo Venoris quisquis fuit ille camino

Qui sculpsit puerum, credite, doctus erat, Scilicet aterna penes hunc custodia flamma:

Per quam sopiens non quærit esse focus

Et quoniam in epigrammata incidimus, placet aliud quoque subiungere, quod ab hoc loco neutiquam est alienum:

Me nunc candentis petijt modo Iulia. Rebar

Ignem cavere niuem, nix tamen ignis erat.

Quid nunc frigidius nostrum tamen vere pectus

Dix potuit manibus, Iulia, missa tuis. Quis locus insidijs dubitur mihi tutus amoris?

Frigora concreta si latet ignis aqua? Iulia, sola potes nostras extinguere flamas, Non niuem, non glacie; sed potes igne pari.

TANTA vis est amoris, ut ipso fulmine concitator sit, & violentior: quippè qui nec ipsi Ioui cedat, quem multoies arcu petijisse Poetæ referunt: quo significatur, amore strenuo nihil vehementius esse neq; insuperabilis. Itaq; Græcis ἑρως πανδάματῶν dicitur. De quo illud est distichon per proloporœiam:

Perfringunt, penetrant, urunt mea spicula fulmen:

Scilicet hinc nomen est mihi πανδάματῶν.

Hanc quoq; sententiam expresse ipsa Venus apud Virgilium, dum ait:

Nate patris summi, q; tela Typhoea tennis. Quidam exstant Euripidis versus apud Stobæum, quibus Amorem Deum orantiu potentissimum facit: hi sunt:

ἔρωτα ὅσις μὴ θεῶν κριτὴς μέγαν, καὶ τῶν ἀπάντων δαιμόνων ὑπέρτατον, ἢ σκαλὸς ἰσὶν ἢ καλῶς ἀπειροσ ἄν, ἐκ οἷδα τὸν μέγιστον ἀνδράποισ θεῶν.

Anacreon: ἔ δὲ καὶ θεῶν δυνάσις ὁ δὲ καὶ βροτῶς δαμάζει. Menander:

Δίεσποιν ἔρωτος ἔδῖν ἰσχὺν πλέον Οὐδ' αὐτὸς ὁ κρατῶν ἐν ἑρανῶ θεῶν Ζεὺς, ἀλλ' ἰ κείνῳ πάντ' ἀναγκασθεὶς ποιεῖ.

Nil est amore, nil, heræ, est potentius, Non vel Deorum rector ipse Iupiter:

Sed is quoq; illi gerere morem cogitur.

In Troadibus Euripidis Helena factum suum excusās apud Menelaum maritum, confert omnem culpam in Venerē, à qua coacta sit, his verbis:

τὴν θεῶν κόλα ζε, καὶ Διὸς κρείσσων γενῆ, ὅς τῶν μὲν ἄλλων δαιμόνων ἔχει κρατὸς κείνης δὲ δέλος ἰσὶ. id est: Deam obiurga, & fias Ioue potentior.

Qui alijs Dijs imperat, Huius quidem (Veneris nempe) servus est.

Seneca in Hippolyto:

Hic voluer omni regnat in terra potens. Ipsumq; flammis torret indomitis Iouem.

Gradiuus istas belli ger sensit faces; Opifex trifulei fulminis sensit Deus,

Et qui furentes semper Æthna's iugis Versat caminos, igne tam paruo calet.

Ipsumq; Phœbum, sela qui nervo regit.

IV. Amor fulmine sive vior.

Amor omnium dominitor.

Figit, sagitta certior missa puer:  
 Volitatq; coelo pariter & terris grauis.  
 Et in Octauia:  
 Quem submouere fulminis dominus nequit,  
 Caeli tyrannum, saua qui penetrat freta,  
 Ditisq; regna, detrahit superos polo.  
 In eandem quoque sententiam de se ipso  
 Cupido:  
 Sol calet igne meo, flagrat Neptunus in  
 undis,  
 Pensa dedi Alcida, Bacchum seruire coegi,  
 Quamuis liber erat.  
 Ouidius in Epistola Phædræ:  
 Quidquid amor iussit, non est contemnere  
 tuum:  
 Regnat, & in dominos ius hêt ille Deos.  
 Huc facit illud Clementis è 6. σρωμάτ. ἐ-  
 ποτα γὰρ τὸν ἀβρὺ μιλτομα βρύοντα  
 μίτρεος πολυανδίμοις δείδειν. ὁ δὲ ἔ-  
 δεὸν δουάσος, ὁ δὲ ἔβροτὸς δαμάζει:  
 Amorem celeberrimum florentibus ple-  
 num coronis: quippe qui in Deos imperium  
 obtinet, atq; homines domet. Huc spectat  
 illud Ouidij 5. Metamorph.

--- videt hunc Ericyna vagantem,

(Ditem intelligit)  
 Monte suo residens, natumq; amplexu vo-  
 lucrem:

Arma, manusq; mea, mea (nate) potentia,  
 dixit,

Illa quibus superas omnes, coepe tela Cupido,  
 Inq; Dei peccus celeres molire sagittas:

Cui triplicis cæssit fortuna nonissima regni,  
 Tu superos, ipsumq; Iouem, tu numina ponti

Victa domas, ipsumq; regis q; numina terra:  
 Tartara quid cessant?

Huc quoque quadrat Augeriani octostichon,  
 sanè lepidum:

Augerian  
 ni lepidū  
 carmen.

Omne olim cælum (vi fertur) cælum om-  
 ne ruebat,

Inter se superi dum fora bella gerunt.

Fortis erat Bromius thyrsu, Mars ense, tri-  
 dentem

Neptunus sortis fulmine dextra Iouis.

At cum visus Amor fuit in fulgentibus ar-  
 mis,

Necnon accensa læpado pulchra Venus:  
 Priuatur thyrsu Bromius, Mars ense, tridente

Neptunus sortis fulmine dextra Iouis.

Talem quoq; potestare ipsi attribuit Phi-  
 lippus quidam Poeta Græcus, vt scilicet

omnes reliquos Deos suis armis & insigni-  
 bus spoliarit vnus Amor. Sed mirum fuit  
 Ouidij ingenium in eo affectu exprimen-

do, eiusq; vi amplificāda: sic enim 2. Amo-  
 rum, eleg. 1.

In manibusq; Iouem, & cum Ioue fulmen  
 habebam,

Quod bene pro coelo mitteret ipse suo.

Clausit amica fores: ego cum Ioue fulmen  
 omisi,

Excidit ingenio Iupiter ipse meo.  
 Iupiter ignoscas: nil me tua tela iuuabunt:

Clausula tuo mains iamua fulmen habet.

Et in secundo eiuſdem operis. eleg. 5. vbi  
 conqueritur de amafia, quæ se alteri com-  
 municarat, quamq; ideo verberibus cæde-  
 re constituerat:

Vt faciem vidi, fortes cecidere lacerti:  
 Defensa est armis nostra puella suis.

Qui modo sanus erā, supplex ultroq; rogavi,  
 Oscula ne nobis deteriora daret.

Risit: & ex animo dedit oscula, qualia pos-  
 sent

Excutere irato telā trifida Ioui.

Quod verò ignis fortissimus sit amor tes-  
 tatur Xenophō, qui ait amorem ipso igni

Cur ignis  
 amor.

torrentiorem, & feruidiorem; nam ignis  
 tangētē solūm vrit, & vicina depascitur:

amoris ignis etiam in procul intuentes &  
 longo terrarum tractu dilatos ardeentes  
 suos radios vibrat. Eodem spectat & illud  
 Ouidianum ex epistola Phædræ ad Hip-  
 polytum:

Venit amor grauius, quò serias: vrimur  
 intus,

Vrimur, & cæcū pectora vniuis habent.

Deinde:

At bene successit diro quod adurimur igne.

Et post:

--- Me tacitum conscius vrit amor.

Eodem respexit Baptista Mantuanus, ele-  
 gans poeta; dum occinit:

Ignipotens ideo, qui vult ardere medullas.  
 Et Campan.

Flammæ accensis ignibus ardet amor.

Hæc de igne & ardore, quæ ad amoris af-  
 fectum traducere poetis solemne est. Nos

Amor in-  
 ter confu-  
 derat.

argumentū sententiam possumus non incō-  
 cinnè traducere ad fœdera illa, quæ percu-  
 ti solent inter principes viros, & familias  
 nobiles inter se dissidentes, sed tādē quæ  
 pactis conuentis, conubiorum illecebra,  
 dataque fide cocunt, ac deponunt hostiles  
 animos. In eo vis amoris elucescit, vt quæ  
 Martis impetum omnem contundat opta-  
 tu aduentu Cupidinis. Argumentum lepidū  
 huus distichū audiū aliquādo trahi: d. il-  
 led